

4-5 Die Ermordung Caesars (Suet., div. Iul. 81 f.)

Vor dem 15. März 44 v. Chr., den Iden des März, ereigneten sich zahlreiche Vorzeichen, die Caesars nahenden Tod ankündigten. Dennoch begab er sich in die Curia Pompeia, wo sich der Senat an diesem Tag zu einer Sitzung treffen sollte.

Ea vero nocte, quae erat ante diem caedis, ipse sibi visus est et per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Iove dextram iungere. Et Calpurnia uxor imaginata est collabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi; ac subito cubiculi fores sponte patuerunt.

5 Ob haec diu cunctatus est, an domi maneret et ea, quae apud senatum proposuerat agere, differret. Tandem Decimo Bruto adhortante quinta fere hora progressus est.

Cum in senatu assedisset, conspirati specie officii circumsteterunt. Ilico Cimber Tillius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus ab utroque umero togam eius apprehendit. Deinde clamantem: „Ista quidem vis est!“ alter e Cascis

10 vulnerat paulum infra iugulum.

Caesar Cascae brachium arreptum graphio traiecit conatusque prosilire alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvitur, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet inferiore corporis parte velata.

15 Atque ita tribus et viginti plagis confossus est uno modo gemitu sine voce edito, etsi tradiderunt quidam Marco Bruto irruenti dixisse: „καὶ σὺ , τέ κνοῦ?“

Exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu iacuit, donec lecticae impositus est. Tres servoli domum rettulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat.

20 Fuerat animus coniuratis corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere. Sed metu Marci Antoni consulis et magistri equitum Lepidi destiterunt.

Vokabeln:

1	caedes, is f ipse per quietem	Mord <i>[Gemeint ist Caesar.]</i> während des Schlafs
2	nubes, is f volitare alias <i>[Adv.]</i> dextram iungere imaginari	Wolke schweben ein andermal die rechte Hand geben träumen
3	collabi, -or, collapsus sum fastigium, i n maritus, i m gremium, i n confodere, -o, confodi, confossum cubiculum, i n	zusammenstürzen Giebel Ehemann Schoß erstechen, durchbohren Schlafzimmer
4	fores, ium f sponte <i>[Adv.]</i> patere, -eo, patui	Türflügel von alleine offen stehen
5	cunctari proponere, -o, proposui, propositum	zögern sich vornehmen
6	differre, differo, distuli, dilatum Decimus Iunius Brutus progredi, -ior, progressus sum	aufschieben, verschieben <i>[einer der Verschwörer, der Caesar sehr nahe stand]</i> (aus dem Haus) gehen
7	assidere, -eo, assedi conspiratus, i m specie officii ilico <i>[Adv.]</i>	sich hinsetzen Verschwörer als hätten sie ein amtliches Anliegen sofort
8	primae partes umerus, i m	die Rolle des Anführers Schulter
9	apprehendere, -o, apprehendi, apprehensum	packen

	clamantem	<i>[bezogen auf Caesar]</i>
10	iugulum, i n	Kehle
11	brachium, i n	Arm
	arripere, -io, arripui, arreptum	packen
	graphium, i n	Griffel <i>[spitziger Metallstift, mit dem man auf einer Wachstafel schrieb]</i>
	traicere, -io, traieci, traiectum	durchbohren
	prosilire	nach vorn wegspringen
12	tardare	aufhalten, bremsen
	pugio, onis m	Dolch
	pugionem stringere	einen Dolch zücken
13	obvolvere, -o, obvolvi, obvolutum	verhüllen
	sinus, us m	Bausch der Toga
	ad ima crura	bis zu den Beinen hinunter
	quo [+ Konj.]	um dadurch ... <i>[finale Subjunktion]</i>
14	velare	bedecken, verhüllen
15	plaga, ae f	Stoß, Schlag, Stich
	ad primum ictum	beim ersten Stich
	gemitus, us m	Stöhnen
	gemitum edere	Stöhnen von sich geben
	sine voce	ohne ein Wort
16	irruere, -o, irruui	angreifen
	dixisse	<i>[ergänze: „eum“]</i>
	καὶ σὺ , τέ κνον	<i>[kai sy, teknon] auch du, mein Sohn</i>
17	exanimis, e	entseelt, tot
	lectica, ae f	Sänfte
	impositum	<i>[ergänze „eum“]</i>
17	servolus, i m	Sklave
18	letalis, e	tödlich
	reperire, -io, repperi, repertum	finden
	nisi quod	außer der [Wunde], die ...
	secundo loco	als zweite [Verwundung]
	vulnus accipere	eine Verwundung erleiden

19 animus est [+ *Dat.*]
publicare
20 acta rescindere
magister equitum
desistere, -o, destiti

[*jmd.*] hat vor
konfiszieren, enteignen, verstaatlichen
die Beschlüsse für ungültig erklären
Kommandeur der berittenen Soldaten
davon absehen, darauf verzichten